

lune nobis representa-
145 tur.

150

155

electorum corporibus effectum, quanto differentius pre illis nomen hereditavit²⁴⁾. Cui enim excepto isto dictum est electorum^{b)}: *Hic est panis qui de celo descendit?*^{c) 25)} Aut quis eorum^{d)} veraciter dicere potuit *Caro mea vere*^{e)} *est cibus et sanguis meus vere*^{e)} *est potus?*^{f) 26)} Quis eorum vere dicere potuit *Ego sum vitis vera?*^{g) 27)} Vere igitur ista caro est cibus et iste sanguis est potus, expressus de *botro* vitis vere²⁸⁾, quem sacerdos magnus non solum in sua propria specie semel obtulit, sed etiam in sui *commemoratione* sacrificari precepit usque in finem seculi in specie panis et vini²⁹⁾.

Igitur his pariter ex rebus.

R M

O K G

sacrificium

sacramentum

nobis construit pontifex summus quibus totus homo vegetatur, idest ex^{h)} Verbo Deoⁱ⁾ in quo vivit homo, et ex terre fructibus quibus solum vivit corpus, his
160 dumtaxat qui omnium primi sunt. Panis enim eorum que ad esum^{j)}, vinum eorum que ad potum pertinent, primum est.

M O K G

165

Quorum specie^{k)} remanente, substantia per Verbum Dei mutatur, ita ut substantia panis transeat in substantiam carnis et substantia vini in substantiam sanguinis Christi, secundum veritatem verborum ipsius^{l)} dicentis *Hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus*³⁰⁾.

b) electorum excepto isto dictum est *umgestellt* M

c) qui de c. d. *abgekürzt* O

d) eorum *fehlt* G

e) vester K

f) caro mea u. e. c. 7 s. m. u. e. p. *abgek.* O

g) *folgt eine längere Abschwweifung in G, vgl. Gerhohi opera 2, 191 f., danach wird in G der Text lückenlos wieder aufgenommen.*

h) ex *nachgetragen* O

i) Deo M O K G R_c, Dei Haacke (nach R_a und R_b?)

j) esus M

k) specie M O K G, species Haacke

l) ipsius Christi M

²⁴⁾ Hebr. 1, 4.

²⁵⁾ Ioh. 6, 59.

²⁶⁾ Ioh. 6, 56.

²⁷⁾ Ioh. 15, 1.

²⁸⁾ Vgl. Cant. 7, 8.

²⁹⁾ Vgl. Luc. 22, 19—20. I Cor. 11, 25—26.

³⁰⁾ Mc. 14, 22 u. 24.